



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XCIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

Non obstat tertium fundamentum in pluribus testimoniis examinatis pro parte hominum uallis Gottaræ, quæ pro parte hominum uillæ Albareti, quia circa hoc est ambigendum, & respondetur primo, quod si qui probant possessionem suam per testes plures numero, debet obtinere, quædo omnes de possessione rectè deponere, sicut habetur per Bar. in d. l. si duo, & p. Abb. & alios d. c. licet causam. Sed in casu nostro quæuis pro parte hominum uallis Gottaræ testes plures numero fuerunt examinati, ex hoc tamè non sequitur, quod melius probent, quæ testes hominum uillæ Albareti, quinimo ut certum dicitur, ipsi longè peius probant. & ideo quod probanda possessionem præferendi sunt testes pro parte hominum uillæ Albareti examinati. Præterea si reum dicitur omnium testium utrinque; examinatorum cõsideratur, apparet per plures testes fuisse probatam possessionem hominum uillæ Albareti, & per pauciores numero probatam fuisse possessionem hominum uallis Gottaræ: nã pro parte hominum uillæ Albareti in hoc iudicio fuerunt in effectu examinati duodecim testes, quod decem, uidelicet primi nouem, & undecimus in ordine rectè illorum possessionem probant. Item pro parte hominum uallis Gottaræ fuerunt examinati xxii. testes, quorum octo probant etiã possessionem hominum uillæ Albareti, uidelicet nonus, decimus, decimus tertius, decimus quartus, decimus sextus, decimus septimus, decimus octauus, & uigésimus secundus testis. & sic in effectu possessio hominum uillæ Albareti probata fuit per testes decem & octo, possessio uero hominum uallis Gottaræ per pauciores numero probata fuit, ergo &c. ¶ Et capièdo primũ testẽ hominum uallis Gottaræ, ipse probat de possessione quinque annorum circa, & sic de iuniorẽ possessione, quæ præsumitur clãdestina respectu possessionis hominum uillæ Albareti antiquiores per notã Bar. in d. l. si duo, cũ similibus. Præterea hic testis probat potius possessionẽ singularis hominis, uidelicet ipsiusmet testis, quã possessionẽ uniuersitatis, hominum uallis Gottaræ, dicit enim se cõduxisse quendam Bartholomæum, & Michaelẽ ad syluã positã inter dictos cõfines ad incidendũ, & conducendũ quædam lignamina pro domo sua cõstruenda, & cõsequenter cõtenta in capitulis nõ probat. Rursus ipse deponit causa propria, hoc est in causa uallis Gottaræ, ex qua cõmodum, & incõmodum percipere poterat. & ideo nõ est testis idoneus, arg. c. in literis, & ibi doct. extra de testi. & infra dicitur. Secũdus testis deponit de possessione rectè septẽ annorum tantũ, & tertius de possessione xx. annorum, ergo nõ obstat hominum uallis Albareti, quæ de antiquiori possessione probat per predictã. Itẽ hic tertius probat potius possessionẽ causã singularis hominis, hoc est cuiusdã Paulini, quæ possessionem hominum uallis Gottaræ, & sic uniuersitatis, quã probare capitulantes uoluerunt, ut ex capitulis dictorum hominum uallis Gottaræ cõstat, & alia est possessio uniuersitatis, & alia, ac diuersa est possessio particulariũ hominum uniuersitatis, arg. l. i. ff. quod cuiusq; uniuers. nom. Præterea dictus Paulinus, ad cuius instantiã testis seminauit, erat, seu est de uilla Albareti, quæuis habitaret in uilla Buzoc, & ideo hic testis probat potius possessionẽ hominum uillæ Albareti, quã hominum uallis Gottaræ. Quartus testis deponit de possessione annorum ad plus xxv. Item deponit ad fauorẽ uniuersitatis uallis Gottaræ in causa, ex qua cõmodum, & incõmodum erat habiturus, ergo tantã quã testis in causa propria nõ est admittendus, ut supra dicitur. ¶ Quintus testis deponit de possessione rectè cõmodum, & incõmodum singulariũ de uniuersitate cõcernit, ut in causa syluæ, de qua nũc agitur nõ sunt idonei testes, ut uoluit Sali. & Bal. in l. pareres, in d. c. de testi. & per doct. in l. nullus. ff. eod. tit. & facit

l. omnibus. C. eod. tit. & ponit doc. maximè mode. in d. c. in literis, & Alex. in cõf. 68. & in cõf. 161. in 2. uol. Quintus testis similiter deponit de possessione vij. annorum, & sextus similiter de possessione multum recentiori, & potius deponit de possessione singularium, quã uniuersitatis uallis Gottaræ. Septimus testis nihil probat cõcludens de possessione hominum dictæ uallis, nã dicit quod cũ ipse simul cum quodã alio bestias super monte haberet, mulieres quedã eis dixerunt, *uoi sete stati accusati da Bernabe da Gottara*, nec deponit, super quo monte, nec quare illæ mulieres dixerint eos fuisse accusatos, & sic de contentis in capitulis nihil deponit. Octauus testis deponit de possessione xx. annorum, & potius de possessione singularis personæ, quam uniuersitatis hominum dictæ uallis. Nonus testis deponit de possessione hominum nõ modo uallis Gottaræ, sed etiã uillæ Albareti, & sic potius ad fauorẽ, quã cõtra facit. Decimus testis deponit de possessione xx. annorum. Itẽ de possessione et hominum uillæ Albareti. Unde decimus testis deponit de possessione vij. anno. duodecimus de possessione x. anno. & tertius decimus de possessione sex anno. ac et de possessione hominum uillæ Albareti. Decimus quartus similiter deponit de possessione x. anno. ac et de possessione hominum dictæ uillæ Albareti. Decimus quintus deponit de possessione anno. 50. sed est solus, & ideo fides ipsi soli nõ est adhibenda. d. c. licet, cũ simi. de test. Decimus sextus, decimus septimus, & decimus octauus similiter de possessione et hominum uillæ Albareti deponit. Decimus nonus deponit de possessione anno. xvj. & potius de possessione hominum singulariũ, quã uniuersitatis. Idẽ facit uigésimus testis: Et uigésimus primus testis quæuis dicat, quod iam sunt anni xxx. quibus uidit homines uallis Gottaræ facere ronchos, & alios actus possessorios, nõ tñ dicit, quod illos fecerint sciẽtibus, patientibus, & nõ cõtradictibus hoĩbus uillæ Albareti, quod si sciũissent, & passi fuissent, eorũ possessio licet antiquior fuisset interrupta, & possessio hominum uallis Gottaræ nõ præsumeret clãdestina, neq; iniusta. Cũ igitur testis nõ dixerit sciẽtibus, & patientibus hoĩbus uillæ Albareti, possessio hominum dictæ uallis præsumit clãdestina, ex quo de antiquiore possessione hominum uillæ Albareti saltẽ xl. anno probatũ fuit per duos testes, nide licet octauus, & nonũ ab hoĩbus dictæ uillæ productos, quorum unus deponit de possessione annorum. xl. & alius anno. l. & saltẽ quoad possessionẽ anno. xl. dicta eorũ sunt cõiungenda per ea, quæ supra à principio deducta fuerunt, & hoc per illa, quæ ponit Bar. in d. l. si duo, iunctis nõ. per Alex. ibi in apostil. ¶ Vltimus testis etiã deponit de possessione xxx. anno. hominum uillæ Albareti, ergo &c. ¶ Non obstat testes examinati in alia instãtia inter eadẽ personas super simili causa corã do. cõmissario Illustr. do. Ioã. Ludouici Flisi, quia si eorũ dicta diligẽter cõsiderent, ipsi potius probant possessio nẽ antiquiorẽ hominum uillæ Albareti, quã hominum uallis Gottaræ. Præterea illi testes fuerunt examinati summarie, & in iudicio summario, ergo etiã inter eadẽ personas, & super eadẽ causa in alia instãtia fidem nõ faciunt, nec probant, nisi iterũ examinent, ut habet in c. ueniẽs, ibiq; cõiter cano. de test. & in c. cum dilectus, de ord. cogn. & per Bar. in l. 2. §. 1. in ult. col. ff. u. bon. rapt. ¶ Non obstat, quod homines uallis Gottaræ probauerint nõ modo possessionẽ dictorum bonorum, sed etiã titulũ, & ideo dẽnt obtinere, cũ homines uillæ Albareti solũ possessionẽ probauerint: Quia respondetur hoc uerũ esse, quando testes ex utraque parte essent numero pares, quoad probandam possessionem, nam tunc probatio tituli prodest: Secus si possessio ex una parte probaretur per plures testes, & ex alia per pauciores, & ille, qui per pauciores probaret, titulum



